

A & crucellissime dilaniaretur, decidua carniū frusta patri in faciem projecit. Cumque alligata rotæ, igni supposito, & fuso desuper oleo torreretur, erumpens flamma mille gentiles interfecit. Iterum carceri tradita, Angelo visitante sanata est, & refecta. Deinde cum magno saxi pondere in lacum Volsecum jactata, Angelico præsidio liberata est. Ado Trevisensis in Martyrol. 9. Cal. Aug. Lacus & locus hoc martyrio celebris non longè à Roma visitur in via Senensi.

ANGELOS CONSOLARI IN REBUS ADVERSIS, MORBOS ET VULNERA CURARE. Ex S. SCRIPTURA.

Angelus ostendit Agar ancillæ Saræ fontem scaturientem, cuius solatio & ipsa & ejus filius Israhel à proximo mortis periculo fuit conservata. Gen. 28.

Apparens Gedeoni Angelus Domini confortavit eum, & animavit eum ad liberationem populi. Judic. 6.

Tobias teniori cæco visum restituit Raphael Archangelus. Tob. 11.

CHRISTO Domino oranti in orto post cænam accessit Angelus confortans eum. Luc. 22. Divum Paulum in mari consolatur Angelus Domini, & omnes qui cum eo erant in navi, inter tempestates conservat. Act. 27. cap. 27.

HISTORICA.

JOACHIMUM & ANNAM in justitia, pace, gaudio, & charitate maritali perseverantes unus tantum dolor sterilitatis angebat, nulla prole post annum matrimonii vigesimum procreata, quod turpe & infamiae loco inter Judæos erat. Joachimus igitur, cum in festo enceniorum Hierosolymam adorandi gratia venisset, velletque supplex ad altare Dei munus offerre, pulsus est ab Isaac sacerdote cum ignominia, quasi indignus esset ob longam sterilitatem, qui more patrum & fecundorum hominum ad eum locum accederet. Quia repulsa mississimus Joachimus, nec ferens præ pudore suorum civium conspectum, ad causas recessit, & eum pastoribus commorans, assiduis precibus à Deo contende- bat, ut eam à se ignominiam depelleret. Angelus autem Domini Joachimus se ostendit, & bono animo esse jubens, preces ejus auditas esse à Deo renunciavit: filiamque procreandam, quæ Saræ & Rachelis prolem mysterii magnitudinem superaret. Tali ergo spe erectus lætissime Joachimus, domum repetens uxori obviavit; quæ cum et quoque appatuisset Angelus, eademque renunciasset, plena spe & gaudio ad maritum congratulandum propebat. Salutant igitur se inter se cum maxima lætitia; & visa, Deique promissum conferentes, donum revertuntur. Conceptit Anna, & Maria peperit, cujus ortu felicissimo sterilitatis macula deleta, parentes compotes facti longissimi desiderii. Baron. tom. 1. in apparatu.

Anno Domini 565. cum lues illa, quam inguinariam vocant, in diversas regiones defleviret, & maxime tunc Arelatensem provinciam depopularetur, S. Gallus Aruennensis Episc. non tantum pro se, quantum pro populo suo trepidus erat. Cumque die noctique pro populo deprecaretur, ut veniens plebem suam vastari non cerneret: per visum noctis apparuit ei Angelus Domini, qui ram cæsariem, quam vestem in similitudinem nivis candidam efferebat; & ait ad Deum: Bene enim facis, ô sacerdos, quod sic Dominum pro populo tuo supplicasset: audita est enim oratio tua, & ecce etis cum populo tuo ab hac infestitate liberatus: nullusque te vivente, in regione ista ab hac strage deperit: nunc autem ne times, post octo verò annos tunc. Unde manifestum, transactis his annis eum à saculo discessurum. Ex- pergefactus, & Deo gratias pro hac consolatione agens, quod eum per cælestem nuncium confortare dignatus est, Rogationes illas instituit, ut media Quadragesima psallendo ad Basilicam B. Juliani martyris itinere pedestrî venirent: sunt enim in hoc itinere quasi stadia trecenta sexaginta. Tunc etiam in hoc itinere quasi stadia trecenta sexaginta. Tunc etiam in subita contemplatione parietes vel domorum vel Ecclesiarum signari videbantur; unde à rusticis hæc scriptio Thæ vocabatur. Cum autem regiones alias (ut diximus) lues ista consumeret, ad civitatem Arvernæ, S. Galli intercedente oratione, non attigit. Unde hæc non parvam censeo gratiam, qui hoc meruit, ut pastor positus oves suas devorari, defendente Domino, non videret. Ita Gregor. qui libro de gloria martyrum scribit, post annos octo Cantinum Episcopum S. Gallo successisse. lib. 4. c. 5. de gestis Fran.

S. GUTTBERTUS adhuc puer, quoniam sedulo corde retinebat, quæ per hominem accepter tormenta, etiam Angelico viû & affatu confortari promeruit. Nam subito dolore genu corripit illius cepit acri tumore grossescere: ita ut nervis in poplite contractis, pedem primò à terra suspensum claudicans portaret, dehinc ingravescente molestia, omni penè privaretur incessu. Qui die quadam deploratus foras à ministris, atque sub dio recumbens, vidit repente venientem de longè equitem albis indutum vestimentis, & honorabilis vultu: sed & equum, cui insidebat, incomparandi decoris. Qui cum adveniens mansueto illum salutarer alloquio, addidit quasi per jocum inquirere, si ali- quod tali hospiti veller præbere obsequium. At ille: Jam, inquit, promptissimè tuis cuperem devotus assistere obsequiis, si non, exigentibus culpis, hujus compede languoris oppressus, nulla cujuslibet medicorum industria possum sanari. Qui desilens equo, ac genu languidum diligentius considerans: Coque, inquit, triticum in lacte farina, & hac confectio calida tumorem superunge, & sanaberis. Et his dictis, ascendens equum, abiit. Ille jussu obtemperans, post dies paucos sanatus est: agnovitque Angelum fuisse, qui hæc sibi monita dedisset, mittente illo, qui quondam Raphaelem Archangelum ad sanandos Tobias visus destinare dignatus est. Quod si cui videretur incredibile, Angelum in equo apparuisse, legat historiam Machabæorum, in qua Angeli in equis, & ad Judæ Machabæi, & ad ipsius templi defensionem, advenisse memorantur. Beda tom. 3. oper. apud Surium 20. Martii.

Circa ann. Domini 1315. Juvenis egregius Ordinem Prædicatorum ingressus est in conventu Derbeje insule Angli- cæ, qui morbo caduco laborabat; sed tamen hoc fratri- bus non revelavit. Ad eum ipsa ægritudine opprimeba- tur, sed in terram cadens, trium horarum circiter spatio detineretur. Quare completo anno noluit à fratribus ad professionem admitti, qui nihilominus ei faventes, ad conventum Cisterciæ ablegant: ubi dum dicto morbo multum more solito vexaretur, quidam è fratribus sortem ejus miserans, (cui Richard. de monte Fineto nomen erat) pro ipso ad Deum preces fundit. Cui dormienti Raphael Angelus apparuit, eique dixit, quod si frater ille voveret se continenter videturum, & per totam vitam feria secunda in honorem Angelorum jejunaturum, pristinam sanitatem reciperet; addens insuper, se à Domino Deo ejus sanandæ causæ missum esse, & Raphaelem Archangelum nominari. Quæ percepta illico frater ille Novitio laboranti de- dedit, qui ubi votum emisit, eadem die sanitatem ade- ptus est, & convalescit; visio scilicet Angeli, qui ipsum elevavit, ac perfectè sanum nunciavit, admonens, ut promissa adimpleret; quæ si omitteret, illic in morbum incidere: itaque quæ ille sanatus est, & ex illo die mor- buum minime passus: qui postmodum vota professionis enuncians, inde bonus & pius, gratulæ omnibus Religionis fratribus evasit. Petr. de Natalib. lib. 4. can. 1. Sancti. cap. 141.

Cum S. Theodorus Dux exercitus in nomine Trinitatis draconem infensissimum interfecisset, & Imperatoris Licinii Deos ex auro & argento confictos confregisset, atque pauperibus distribuisset, (qua ratione plurimi Christo nomina dabant) Imperator eum accersitum omnibus inimicorum phalangibus ridendum exposuit. Beatus autem Theo- dorus dixit ei: Fremis, ô Imperator, sed ego rugio; tu ster- tis, at ego exilio. Tu cum Deo pugnas, at ego de Deo dis- sor. Tu blasphemias, ego verò Deum hymnis laudo. Tu colis Deos mortuos, ego verò Deum vivum. Tu Seraphin; ego verò eum, qui est super Seraphin. Tu Apollinem, ego verò Deum semper viventem. Tu es carbo Thracius, ego verò princeps Romanus. Tu Licinius ventilator, ego verò Theodorus Ionum Dei. Quamobrem ne ageres, feras, ô Imperator, neque calcitres; hæc enim facis, tuos offensis cruciatus: Afini enim & multi tenes figuram. Tunc multa ira plenus Licinius jussit exui martyrem, & eum extendi à quatuor, & bonum nervis ei plagas inferri, sexcentas super dorsum, & quingentas super ventrem, & postea iubet glo- bios plumbeis immiseri corruer ejus verberari tendinem. De- inde fereis unguis lacerari ejus carnes, & lampadibus ignis ustulari ejus viscera, & acutus testis radi concretum sanguinem. Post hæc autem omnia, jubet eum turò tenei in custodia, & ejus pedes illigari compedibus, & eum sic manere quinque dies, neque gustare quidpiam. Cum autem fuissent

A fuissent impleti quinque dies, jussit crucem deferri in basilicam, & duci sanctum, & cruci affigi. Lictores verò cum sanctum adduxissent martyrem, ligno affixerunt ejus manus & pedes, & fibulam unam fixerunt in oculis ejus partibus ut- que ad partes superiores. Excogitatum quoque fuit aliud deterius. Jussi enim pueri jaculari in ejus oculos, & tela evellebant cum pupillis. Alii autem secretas partes ejus te- pliculorum ense fecabant per obliquum. Arbitratus autem impius Licinius, eum esse mortuum, reliquit in ligno pen- dentem. Circa primam verò vigiliam noctis adsians Angelus Domini solvit eum ab illo instrumento, & reddidit eum sanam corpore, sicut prius, & eum salutavit, & dixit: Gau- deas & corroboreis in sapientia & gratia Domini nostri Jesu Christi: Ecce enim tecum est Dominus Deus: & cur dixisti, Recessisti à me? Consumma ergo cursum tuæ decerta- tionis, & veniens ad mortuum nostrum Jesum Christum, accipies coronam immortalitatis. Hæc cum martyri dixisset Angelus, ab eo recessit: Sanctus autem martyr Christi Theodorus effectus sanus Domino suo agebat gratias, & cepit psallere: Exaltabo te Deus meus rex meus, & benedi- cam nomen tuum in sæculum & in sæculum sæculi. Surius Tom. 1. 7. Feb. in vita.

Cum B. Constantinum Perusina civitatis Episcopum Danabi in tormentis à quibusdam Marci Imperatoris militibus ei inflictiis vites jam defecere, ad Deum toto corde conversus, Sulcipe jam, orabat, spiritum meum, Domine, requiescat in te, qui pro te, ipso juvante, omni tempore laboravit. Vixit dum piæ hæc voces emisit, cum ecce præsto est ei Angelus Domini, assilium his verbis confortans: Noli timere, Constantine, ego sum Angelus Dei: mi- sisse me Christus, ut plagis tuis curatationem adhibeam, ut de- necps tibi adsum in omnibus vis tuis: & illico omnis plaga citata est. Tunc ille Angelico solatio recreatus, Gratiar tibi ago, ait, Domine Jesu Christe, qui per Angelum tuum me in angustiis postum confortasti, & curasti vulnera mea: nunc veteris scio, te quidem nunquam deserere sperantes in te. Sur. in vita 29. Januarii.

Sancta Christiana in Deum credens Deos auteros Urbani patris sui præfæcti contrivit, & pauperibus distribuit. Ob hoc, jubente patre, alapis afflicta, verberibus dilaniata, fer- ro onusta, in carcerem conjecta est. Post hoc cum diutissi- mæ & crudelissimæ dilaniaretur, de carnis suis parti in fa- ciem projecit. Cumque alligata rotæ, igni supposito, & fuso desuper oleo torreretur, erumpens flamma mille gen- tiles interfecit. Iterum carceri tradita, Angelo visitante sa- nata est, & refecta. Deinde cum magno saxi pondere in lacum Volsecum jactata, Angelico præsidio liberata est. Ado Trevisensis in Mart. 9. Cal. Aug.

ANGELI CASTITATIS

AMANTISSIMI:

Eamque tuerentur, & præstant.

Inter varias artes, quibus usi sunt parentes Thomæ Aquinatis ad eum vel invitum à religionis proposito revocan- dum, mulierem venusta specie, omni nefanda libidine con- taminatam, quæ pudicissimum adolescenti suis lenociniis la- queum injiciat, vitavit. Illa lucri cupiditate facile allecta, Thomam aggreditur, verbi quæ lacivias ejus animum pulsar. At ille sentiens se impuris illecebris non nihil moveri, in- vocato nomine Jesu, & Virginis maris, arrepto è foco titone procacem impudentemque feminam à se abegit. Deinde clauso ostio, eodem titone crucis figuram in pariete depin- dit, prostratusque in terram, multis lacrymis Dominum, ut perpetue continentie & integritatis donum largiri digna- retur, deprecatur. Vix levi correptus fomno erat, cum duo eximio splendore fulgentes Angeli adesse visi sunt, qui cingulo renes ejus stringentes, omnem impure libidinis mo- tum abstulerunt. Sur. in vita Tom. 2.

Ferrus, Annium virum piū, qui propter castitatem à con- jugie spontè se junctus, ac deinde monasticam vitam ejus consensu amplexus erat, nunquam se vidisse nudum, eò quod monacho vel suum ipsius corpus nudum videre in- conveniens diceret: & cum aliquando fluvius ipsi transeun- dus esset, ac vestem exuere detrectaret, & ad Deum orasset, ut ita sibi transire daretur, ne propositum infringeret, ab Angelo fuisse ad alteram fluvii ripam translatum. Socrat. Eccl. hist. lib. 4. cap. 23.

Reverend. Castanus in Collationibus Patrum, Coll. 1. de Sere- nio Abbate, inquit, in quem nulla cadit reprehensio & scilicet, quoniam non est tempus precandi, nec pactum con- ventum fallam, ne prodas me bestis, ne lupi tuam peudem

cupiscentie tandem per divinam gratiam in se extinxisse per- cepit. Deinde majori zelo castitatis succensus, præfatus usus remediis à Deo petiit, ut interioris hominis castitas in corpus redundaret Dei dono. Postremò autem veniens ad eum Angelus in visione nocturna, ejuque velut aperiens uterum, quandam ignitam carnis strumam de ejus visceribus evellens, ac projiciens, suisque omnia, ut fuerant, locis intestina restituens: Ecce, inquit, incentiva carnis tuæ abscissa sunt, & obtinuisse te noveris hodierna die perpetuam corporis puritatem, juxta votum quod poposcisti: & ne ipso quidem naturali motu, qui etiam in parvulis atque lac- tentibus excitatur, ulterius pulsabitur.

Eusebius Vercellensis, temporibus Diocletiani & Maxi- miani, adhuc Cathecumenus, parvus cum parentibus Romam venit, & ab Eusebio Papa baptismum & nomen accepit. Papa verò, Eusebius ab Angelo, antequam eum baptizaret, qualis & quantus vir existeret, instructus est, & quo eum no- mine vocitaret. In ipso ejus baptismum manus Angelicæ vitæ sunt, quæ eum de sacro fonte levaverunt. Vigor semper mäs- si, nullamque feminam post baptismum, nec etiam matrem, osculando tetigit, non despiciendo matrem, sed culpam fugi- endo. Cum autem quadam matrona nobilis & pulchritudine capta vellet ejus adire cubiculum, tota nocte plateas urbis circumvit, & ad ejus cubiculum custodientibus Ange- lis pervenire non potuit: undè in crastinum compuncta ad pedes ejus provolvitur, & veniam petens, quod cogitaverat crimen fateatur. S. Antonius p. 2. hist. tit. 10. cap. 1. §. 2.

De beato Equitio Abbate narrat sanctus Gregorius: Hunc, inquit, cum juvenutis suæ tempore acri certamine carnis incentiva fatigaret, ipsæ suæ tentationis angustia ad orationis studium solertiore fecerunt. Cumque hæc in re ab omnipotenti Deo remedium continuis precibus quaereret, nocte quadam assistente Angelo eum chari se vidit: ejuque visioni apparuit, quod omnem modum ex genitalibus mem-bris ejus abscinderet, ac si sexum non haberet in corpore. Qua virtute fretus, ex Dei omnipotentis auxilio, ut viris ante præerat, ita cepit postmodum etiam feminis præesse; nec tamen discipulos admonere cessabat, ne se ejus exemplo in hac re facile crederent, & casuri non tentarent donum quod non accepissent, lib. 1. Dialog. cap. 4.

Heracles in lib. suo, quem paradysum nominat, meminit cujusdam Patris Eliæ nomine. Hic misericordia motus trecentas feminas in monasterium collegit, & regere cepit. Transacto autem biennio, jam triginta quinque annos circiter habens vitæ, tentatus à carne in Eremum fugit, ubi biduo jejunus, orans ad Deum, ait: Domine Deus, aut occide me, aut libera me ab hac tentatione. Vesperè igitur somnus ei interpres, tres angelos ibi ad se venire vidit, quibus quaerenti- bus, cur à monasterio virginum fugisset: nec ille præ verecundia respondere auderet, dixerunt Angeli, Si liberaberis, num redibis curam seminarum gerendo? Respondit ille: Quam libens. Tunc illi juramentum ab Eliâ recipientes quod exegerant, eum enucharunt. Nam unus manus, alter pedes, tertius novacula testes ejus visus est abscindere, non quod ita verè esset, sed quia ita esse videbatur. Quarentibus- que, anne remedium sentiret, respondit ille, se plurimum exoneratum; undè quinta die ad lugentes feminas rediit, & per quadraginta annos quibus supervixit, nec pristinae tentationis scintillam sensit. Palad. in hist. Lauf. cap. 35.

Hæc opportunè adiecit oportuit, quæ S. Basilus scribit in commentario illo, cujus est titulus, De vera virginitate: Cum ferveret, inquit, persecutio Diocletiani & Maxi- miani Imp. immanitas in factas virgines Deo dicatas, ere- ctæ virgines propter sponsi fidem, ad illudendum impiis ho- minibus tradite, corporibus inviolate perdurarunt: eo scilicet, cujus gratia perferrebant, impiorum conatus ab earum carne irritos arguente, & integra eorum corpora non sine prodigio & virtute custodiente. Inter eas autem, tam- quam inter claras & lucidas stellas, una mirandum in mo- dum respeldebatur instar lunæ, & pulchritudine & genere & virtute aliis præstans. Ea verò vocabatur Theophila. Hoc autem longè melius res ipsa ostendit: Cum enim illa esset vultu adeo formosa, traheretur autem à liberos, & jam ad probri & contumelie officinam violenter introducere- tur, manus simul & oculos in cælum tollens, miserabiliter aspiciens, Mi Jesu, dixit, meus amor, mea lux, meus spiritus, meus custos castitatis & vitæ, vide eam quæ est tibi despon- sata. Vide, ô sponse, in quem nulla cadit reprehensio & scilicet, quoniam non est tempus precandi, nec pactum con- ventum fallam, ne prodas me bestis, ne lupi tuam peudem

Astant. Serva sponse sponfam, meam conserva castitatem fons castitatis: ut tuum quoque nomen nunc maxime glorificetur, quod intelligenter glorificatur ab Angelis. Hæc illa quidem oravit cum lacrymis; effectum autem Deus reddidit. Sed est adhibendus Annus narrationi. Introducitur virgo ad prostibulum. Illa vero etiam in tali loco & tempore non est oblita eorum qua oportuit. Sed protinus rejiciens id quod habebat in sinu (id autem erat sacrosanctum Evangelium) aperuit, & dat operam lectioni. Unus vero ex intemperantibus æstro infano percussus ad eam ingreditur, qui aliquantisper quidem eam audivit legentem. Cum autem jam propè esset, à maximo metu invaditur, & tremore valde agitatur, & humi procumbit mortuus; & sic jacebat ad pedes Theophilæ non spirans. Multa horæ præterierant: & cum alius visum esset, quoniam non exibat, non posse fatiari virginem: ubi alius quoque ingreditur, ipse quoque jam propè stans, lucis quidem, quæ verbis exprimi non potest, fulgore illustratur: deinde eum à luce tenebræ excipiunt, & obtutu orbatus, quærebat abiens, non amplius virginem, sed quemadmodum citrà offensionem exiret extra fores. Cum autem multi quidem talia passi essent, & nonnulli etiam magis horribilia, nulli amplius cordi ingredi. Sed est quis ingrediebatur, non ingrediebatur captus amore, sed solum volens scire ea quæ facta fuerant. Postquam autem ingressus fuit complures, vident eam, quæ & ad videndum erant terribilia, & ad dicendum aliis maxime admirabilia: puellam quidem honestè sedentem, & libro incumbentem, adolescentem autem quendam propè eam stantem luce quidem ineffabili, pulchritudine verò incredibili, veluti quædam tela fulguris emittentem ex oculis. Hæc postquam viderunt, & metu obriquerunt, & vix tandem, Quis est sicut Christianorum Deus? exclamaverunt, & simul non ferentes spectaculum, rectè secum agi putabant, si fugerent, & celeritate maxima domo exibant, omnes quidem oblati libidinis, nonnulli autem etiam ipsa impietate abjurata.

B. Virgo Eremelindis soli Deo vacare cupiens, relicta domo paterna; rebusque parentum postpositis, venit ad quandam villam, cui præerat duo germani fratres, qui nondum matrimonia contraxerant, sed vanitatibus sæculi atque illecebris inserviebant. Ibi venerabilis virgo aliquandiu commorata est, hunc locum sibi à Deo præparatum æstimans, assidue Domino Deo vacabat. At non desuit ei tentatio inimici: duo enim illi adolecentes in concupiscentiam ejus exarscissent, de ea noctu rapienda cogitabant, quo tempore solita erat venire ad Ecclesiam; sed non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Nam ea ipsa nocte qua rapienda erat, meruit Angelicam vocem audire se momentem ex nomine: Recede, inquit, virgo recede, & virginitatem, quam Deo consecrasti, involatam custodi. Quæ valde perterrita, obediens jussioni iter cepit. Cumque Spiritu sancto duceretur, Angelus Domini ei fecundò apparuit, & viam quam ceperat, ne desereret, imperavit: Venies, inquit Angelus, in villam, quam Melchireus nuncupabis; ibi namque præparavit tibi Dominus locum ad perficiendum desiderii tui votum. Pervenit igitur Venerabilis Virgo in locum, quem prædixerat ei Angelus, ibique parvimoniam vitam abstinentiæ diu vivens, geminæ dilectionis in se continebat mandatum. *Surus in vita. Anton. Daurou. in Cath. hist. tom. 2.*

ANGELI SUNT IMPROBORUM HOMINUM REPREHENSORES.

Angelus Domini increpavit filios Israel, qui juraverant amicitiam cum habitatoribus terræ Chanaan, memorans beneficia eis à Deo collata. *Judic. c. 6.*

Numerato populo ad mandatum David, misit Dominus pestilentiam in Israel: cumque extendisset manum suam Angelus Domini super Jerusalem, ut disperderet eam, videns David Angelum cadentem populum, ait: Ego sum, qui peccavi. *2. Reg. 24.*

Herodis insolentia etiam ab Angelo aperte fuit castigata, dum enim voces Dei, Deique gloriam populo acclamante præsumptè, consensum percussit eum Angelus Domini, eò quod non dedisset honorem Deo, & consumptus à veribus expiravit. *Ath. cap. 10.*

EXEMPLA HISTORICA.

Anno Domini 680. mense Julio, post Lunæ eclipsin, pestis ingens vastavit Romam, & alias nonnullas Italie civitates tanquam veli multatudo morientium, ut etiam parentes cum filiis, atque fratres cum sororibus, bini per feretra positi apud urbem Romam in sepulchra deducerentur. Tunc visi-

biliter multis apparuit, quia bonus & malus Angelus nocte per civitatem pergerit, & ex iussu boni Angeli malus Angelus, quæ vis cellam venabulum in manu ferre, quoties venabulo ostium cuspis cumque domus pertransisset, tor de eadem domo die sequenti homines interiret. Tunc per revelationem cuidam dictum est, quòd pestis ipsa prius non quiesceret, quam in Basilica, quæ B. Petri ad vincula dicitur. S. Sebastiani martyris altarium poneretur. Factumque est, & delatis ad urbem Romam B. Sebastiani martyris reliquiis, mox ut in dicta Basilica altarium constitutum est, pestis ipsa quævit. *Regino in chron. Paul. Diacon. lib. 6. c. 5. Baron. tom. 8. ad ann. 680.*

Heraclius Imp. postremo imperii sui anno, cum contra Agarenos ex portis Caspii eduxisset copias de gente sevissima, quam Alexander Magnus ob immanitatem sui super mare Caspium inclusisse dicitur, Angelus Domini quinquaginta duo milia de exercitu ejus concidit. Quæ res tantum morem ei fecit, ut ex dolore extingueretur. *Ordo Phrysiæ. lib. 5. cap. 9.*

Confessor quidam erat apud nos Natalis nomine, nostra adhuc confessus memoria. Hic deceptus aliquando ab Aclepiodoro quodam & Theodoro collectariis, (qui ambo discipuli erant Theodori Coriari, illius, qui primus hæc stulta assertione ab Ecclesiæ societate depulsi sunt à Victore tunc urbis Romæ Episcopo) acquievit, ut accepto ab eis salario, Episcopus illius hæresis nominaretur, certa pætionem, id est, centum quinquaginta denariis mensitruæ præstationis. Quique Natalis, cum se in hoc deceptus locasset, frequenter admoneretur in somnis à Domino, quia misericors Deus & Dominus noster Jesus Christus noluit martyrem suum, qui sibi in multis passionibus suscipere videretur, de Ecclesiâ perdere. Sed cum negligentiùs suscipere videretur, primatus amore, & turpis lucri devictus illecebra, ad ultimum à sanctis Angelis per totam noctem verberatus, & penis gravibus excruciat, manè confutens scilicet se induit, & cinere conspergit, ac multis lacrymis errorem suum desens, ante pedes Zepherini Episcopi prostravit: & vestigiis omnium, non modò Clericorum, sed etiam Laicorum, multa cum lamentatione provolutus, in lacrymas & miserationes omnem provocavit Ecclesiam, ut indulgentiam sibi à Christo continuis & jugibus pro ipso precibus imploratent, ostendendo simul in conspectu omnium livores corporis ejus & cicatrices, quas pro nominis ipsius confessione susceperat. Vix aliquando in communionem Ecclesiasticæ corporis revocatus est. *Euseb. lib. 5. hist. cap. 28. Niceph. lib. 7. c. 21.*

Prætextata nobilissima quondam femina, jubente viro Mynetio, qui patrus Eulochii virginis fuit, habitum ejus cultumque mutavit: & neglectum crimem mundano more rexit, sibi vincere cupiens & virginis propositum, & matris desiderium: & ecce tibi eadem nocte cernit in somnis venisse ad se Angelum, terribili voce minitantem pœnas, & hæc verba frangentem: Tunc autem es viri imperium præferre Christo? tu caput Virginis Dei, tuis sacrilegis atrectare manibus? quæ jam nunc ardescent, ut sentias excruciatam quid feceris; & finito mense quinto, ad inferna duceris; sin autem perseveraveris in seclere, & marito simul orbaberis, & filiis. Omnia per ordinem expleta sunt; & seram miserè penitentiam velox signavit interitus. Sic ulciscitur Christus violatores templi sui, sic gemmas & pretiosissima ornamenta defendit. Et hoc reuli, non quòd insultare velim calamitatibus infelicium; sed ut moneam, cum quanto metu, & cautione servare debeas, quod Deo spondidisti. *Div. Hieron. Epist. 7. ad Letan.*

ANGELORUM BENEFICIA. ERGA INFIRMOS, ET MORIENTES.

Anno Domini 1607. ex hac vita decessit Arnulphus Svesionensis Episc. 18. Calend. Sept. 20. die postquam discubuit, qui tum erat feria sexta, sub noctis medio. Cella, in qua jacebat mirabilis tremore & horribili fragore terro concussa est, ita ut à fundamentis everti videretur, & monachi cum familiaris, qui apud illum excubabant, intolerabili percussu timore, celsaque ruina formidantes, aufugere perciperent. At illos vir Dei verbes consolans horrabatur, ut se quieti darent, certi, nihil ipsos commodi esse passuros. Ait autem ad eum Eutolphus presbyter: Domine mi, terra contremiscit, cella colliditur, ostium à me jam terro obstratum patet, cella colliditur, ostium à me jam terro obstratum patet, turbatus murmure locus circumsonat, & quomodo resam inter tot terrores nos possumus somnum capere? Respondit

Apondit vir Dei: Ne paveas, dilecte frater; sunt enim hæc omnia divina majestatis signa; porro post paulum dicam tibi, quæ vis cellam quassaverit, & hunc terræ motum effecerit. Proximo inde Sabbato lentius mortem imminere, dixit fratribus: Parate jam funeri necessaria, nam sub noctis initium discedam, ut mihi Dominus, cui pro viribus servite conatus sum, hesternæ nocte revelavit, cum ille terræ motus & aeris concussus fragorem cellæ excitaret. Sub prima enim quassatione B. Petrus Apollolus ad me venit, significans mihi peccata remissa, & vite januam patere: aderat beatorum frequens cærus, laudes divinas continenter modulantium. Sub altera quassatione cum multis Angelicis spiritibus S. Michael invisit, pollicens se duce me ad beatam vitam ingressurum. Tertia quassatione adfuit Domina nostra veræ misericordie mater, multis stipata sanctarum virginum agminibus: benignissima me voce certiore efficiens de anima mea inter Allumpionis ejus gaudia in cælum transferenda. *Lijard. in vita S. Arnulphi apud Baron. tom. 11. ann. 1087.*

Cum S. Vivilridus Archiepiscopus Eboracensis, Roma in Britanniam remeans, in Galliarum partes devenisset, tædium est infirmitate repentina, & ea crescente, ad eò pressus, ut neque equo vehi posset, sed manibus ministrorum portaretur in grabato. Sic delatus in civitatem Meldum Gallie, quatuor diebus ac noctibus quasi mortuus jacebat, halitu tantum pro tenui, quia vivere, demonstrans. Cumque ita sine cibo & potu, sine voce & auditu, quatuor perseveraret, quinta demum illucescente die, quasi de gravi expertus somno, exurgens relescit, aperitque oculis vidit circa se choros pallentium simul, & sentium fratrum, ac modicum suspirans interrogavit, ubi esset. Acca presbyter: qui statim vocatus, intravit, & videns eum melius habentem, ac loqui jam valentem fraxit genibus gratias agit Deo, cum omnibus qui aderant fratribus. Et cum parum confidissent, ac de supernis iudiciis trepidi aliquantum fabulari cepissent & iussit cæteros Pontifex ad horam egredi. & ad Accam presbyterum ita loqui exortus est, Vite mihi modò tremenda apparuit, quam te audire ac silentio tegere volo, donec sciam, quid de me fieri velit Deus. Alacritè mihi quidam candido præclarus habitu, dicens, se Michael esse Archangelum: & ob hoc, inquit, missus sum, ut te à morte revocem: donavit enim tibi Dominus vitam per orationes & lacrymas discipulorum & fratrum tuorum, & per intercessionem beate genitricis semperque Virginis Mariæ. Quapropter dico tibi, quia modò quidem ab infirmitate hæc servaberis, sed paratus esto, quia post quadriennium revertens visitabo te. In patriam vero pervenies, maximam possessionum tuarum, quæ tibi ablata sunt, portionem recipies, atque in pace tranquilla vitam terminabis. *Beda lib. 5. histor. Anglic. cap. 20.*

Anno Christi 920. secundum historiâ Compostellanâ, fato concessit Siffandus quartus Episcopus Compostellanus, cuius tanta fuit fama sanctitatis, ut Joannes Papa, opinor, decimus per litteras & tabellarium proprium se precibus ipsius commendaverit. Mortuus est autem senio sanctus. In cubus obitu voces audire sunt Angelorum canentium: Veni eluce Dei, & intra in gaudium Domini tui. *Joan. Vasesius in chr. ann. 920.*

De Antonio magno commemorat Athanasius in vita quodam die circiter horam nonam ab Angelis in sublime raptum: cui cum occurrantur demones summa vi obfisterent, quasi Angelos, quid in eum juris haberent? tum illis Antonius errata ab initio vite enumerare exorsis, imposuit esse à bonis Angelis silentium, cum dicerent, non esse renovandum eorum mentionem, quæ in sæculo commisit, antequam monachus fieret: quòd si ab eo tempore aliquid haberent, id esse licere profertur. Hæc verò cum nulla invenire potuissent, cessisse demones invitos, liberumque iter ad cælum præbuisse.

Cum quidam, inquit D. Cyprianus Episcopus Carthaginensis, de collegis confacerdotibus nostris, jam infirmitate defessus, & de appropinquante morte sollicitus, commeatum sibi precaretur; adfuit deprecanti, & jam penè morienti juvenis honore & majestate venerabilis; statuta excelsum & clarum aspectu, & quem assistentem sibi vix posset humanus aspectus oculis carnalibus inveniri, nisi quòd talem videre poterat de sæculo recessurus. Atque ille sine quadam animi & vocis indignatione instruere, & dixit: Pati timetis, exire non vultis, quid faciam vobis? *Serm. 4. de mort. al.*

Quodam tempore Servandus Diaconus & Abbas ejus L. B. Theat. vitæ Human. Tom. 1.

monasterii, quod in Campanie partibus à liberto quodam patricio fuerat constructum, ad S. Benedictum visitationis gratia ex more venire consueverat: ejus quoque monasterium frequentabat, ut quia idem quoque vir doctrinam gratiæ cælestis infusebat, dulcia sibi invicem vitæ verba transfunderent, & suavem cibum cælestis patriæ, quem adhuc perfectè gaudendo non poterant, saltem suspirando gustarent. Cumque hora quietis existeret in cuiusdam turris superioribus venerabilis Benedictus, in ejus quoque interioribus se Servandus Diaconus collocavit; quo videlicet in loco inferiora ac superiora pervius continuabat ascensus: antè eandem verò turrim largius erat habitaculum, in quo utriusque discipuli quiescebant: cumque vir Dei Benedictus, quiescentibus adhuc fratribus, instans vigiliis nocturnæ orationis tempora prævenisset, ad fenestram stans, & omnipotentem Deum deprecans, subito intempesta noctis hora respiciens, vidit suam lucem desuper cunctas noctis tenebras effugasse, tantoque splendore clarificare, ut diem vinceret lux illa, que in tenebris radiasset: mira autem res in hac speculatione fecuta est: quia (sicut post ipse narravit) omnis etiam mundus velut sub uno solis radio collectus ante oculos ejus adductus est. Qui venerabilis Pater, dum intentam oculorum aciem in hoc splendore coruscæ lucis insingeret, vidit Germani Capuanæ Episcopi animam in sphaera ignea ab Angelis in cælum ferri. Tunc tanti sibi testem adhibere volens miraculo, Servandum Diaconum iteratò bis, terque ejus nomine cum clamoris magnitudine vocavit. Cumque ille fuisset insolito tanti viri clamore turbatus, ascendit, aspexit, respexit, partemque jam lucis exiguam vidit. Cui tantum hoc obstupescenti miraculum vir Dei per ordinem, quæ fuerant gesta narravit: statimque in Cassinum Castrum viro religioso Theophoro mandavit, ut ad Capuanam urbem sub eadem nocte se transmitteret, & quid de Germano Episcopo ageretur, agnosceret, & judicaret, factumque est, & reverendissimum Virum Germanum Episcopum is, qui missus fuerat, jam defunctum reperit. Et requirens subtiliter, cognovit, eodem momento fuisse illius obitum, quo vir Domini ejus cognovit ascensum. *Baron. tom. 7. anno 520. num. 74. Gregor. lib. 2. Dial. cap. 35.*

Serenissima Regina Radegundis, sui ultimos vitæ limites attigit sanctum ejus corpusculum, longa pro Christi amore Ducens martyria, & multiplices perpessum cruciatus, omnes Sanctimoniales lugentes & stentes ejus lectulo assistebant, julantesque ac duris pugnis, ac lapidibus pectora verberantes, voces ad cælum dabant clamantes & dicentes: Domine ne permittas nos tam gravi damno affici: lumen nostrum tollis à nobis: cur nos in tenebris relinquis? Væ nobis, quia peccavimus, afflictum est in dolore cor nostrum. FLEMUS & plangimus, quòd te diutius, vita nostra habere non meruimus. Eo ipso manè, quo nobis tantum mali accidit, una voce, uno planctu, uno clamore caelos penetrante, lapidicidæ, qui in monte morabantur, in aere audierunt loquentes, & unum quidem dicentem cæteris: Quid facitis? dimittite eam adhuc: hæ enim voces ad nostras usque aures pertinent: Angeli verò eam ducentes, responderunt: Quid iterum faciemus? eam jam paradisi recepit, ut gloriatur cum Domino. *Greg. Turon. de glor. Confess. cap. 16.*

Anno Christi Domini 680. magni nominis femina regalis stemmatis religiosissima, sancta Hilda Abbatissa 15. Cal. Decemb. ex hac vita migravit in cælum, uti viginti tres annos in monastica vita transegerat. Quæ autem nocte decessit, H. Dominus Deus obitum ipsius in alio longius posito monasterio, quod ipsa eodem anno constituxerat, & appellatur Hacanas, manifesta visione revelare dignatus est. Erat in eo monasterio quædam sanctimonialis femina, nomine Bega, quæ triginta & amplius annos, dedicata Domino virginitate, in monastica conversatione serviebat. Hæc tum in dormitorio sororum pausans audivit subito in aere nonum campanæ sonum, quo ad orationes excitari vel convocari solebant, cum quis eorum de sæculo fuisset evocatus: aperitque, ut sibi videbatur, oculis aspexit, detecto domus culmine, suam desuper lucem omnia replevisse, cui videlicet luci cum sollicita intenderet, vidit animam præfatæ Dei famulæ in ipsa luce, comitantibus, ac ducentibus eam Angelis, ad cælum ferri. Cumque somno exculsa videret cæteras pausantes circa se sorores, intellexit, vel in somnio vel in visione mentis ostensum sibi esse quod viderat: statimque exurgens nimio timore perterrita cucurrit ad virginem, quæ tunc monasterio Abbatissæ vice præfuit, cui nomen erat Frigit: struque ac lacrymis multum perfusa, ac suspiria longa trahens

A Et tuo templo vigiles ut addas
 Angelos semper, populoque gnatis
 Qui tui verbum colit, obsecramus
 Pectore toto.
 Alius hymnus de Angelis.
 Angelis hoc est sacra lux, adesse
 Muneris tanti memores, & omnes
 Hoc Deo propter tribuant honorem,
 Concio plaudat.
 Spiritus rerum Deus hos creator
 Fixit, atque illis sapientis ignem
 Mentis adflavit, voluitque rebus
 Esse ministros.
 Ergo vestram vigiles parentis
 Ante conspectum, capiumque lati
 Iussa mandatis, Dominoque toto
 Athere plaudunt.
 Hec quod infesti rabies Draconis
 Angelis tantis movet usque pugnas
 Qui sciens primus propria furere
 Perdidit orbem.

B Ille sanctis agitatus iris,
 Invidens Christo fore iam minatur,
 Jordanis totas sitiens ut alti
 Serbeat undas.
 Circuit mundum, fremit hic & illic
 Fascinat mentes, variegat sudat,
 Vt pios culus abolere possit,
 Omnia turbat.
 Dissipat leges, serit inter urbes
 Inter agnatos fera bella reges,
 Omne grassator scelus imperatis
 Momentibus instat.
 Concitat ventos, subruitque nimbas
 Grandines spargit, sata cuncta vastat,
 Inficit nubes, variisque sternit
 Corpora maribus.
 Concitat sevos odii tyrannos,
 Vt fremant, ut bella pui minentur,
 Vt Deum oppugnent, miserique Christa
 Membra trucidem.

C At pios Christo ante sub potente,
 Iste quorum omnes numerat capillos,
 Angelis servans, reprimitque seivum
 Fortiter hostem.
 Non minus mundum peragravit & ipse,
 Et truci claudunt aditum Draconi,
 Afferant veros, retinentque pugna
 Vindice cultus.
 Conferunt pacem, cohibentque lites,
 Provehunt leges, sacra iura firmant,
 Amovent morbos, referuntque Christo
 Vota piorum.
 Liberant pressos, reprimit tyrannos,
 Ad latu nobis habitant, & adsunt
 Ad caput semper vigiles, puique
 Cuncta ministrant.
 Angelis septi pueri ministris
 Fulmen ardentis superant camini,
 Angelis septus Daniel Leonum
 Effugit iram.

D Angeli regnum Achazidis gubernant,
 Angeli Lothon Sadome ruentur,
 Angeli cunctis nihil extimescit.
 Omnia vincit.
 Angelis curae genus esse nostrum,
 Qui Deum vero colimus timore,
 Aspice, exemplis probat hac abunde
 Pluribus etas.
 Quando crudeliter alios tyrannos
 Sævius dirus furor incitavit,
 Vt sacro siccas peccant piorum
 Sanguine fauces.
 At vetat cœtus sacer Angelorum,
 Qui pios circumvolitant frequentes,
 Et manu nostros alacres in hostes
 Vindice pugnant.
 Hinc nihil pactis Epicurus armis,
 Qui sedet Romæ, insinuatque reges,
 Hinc nihil nobis inimicus omnis

E Efficit hostis.
 Quas tibi rerum sapiens creator
 Gratiis digno peragamus ore?
 Hec situm non est id in eloquentis
 Vllus ore.
 Nam tuam ad vivam faciem credisti,
 Nos ab aeterna styge liberasti
 Insuper nostro lateri ministras
 Cœlis addis.
 Christe tu nostros animos gubernas,
 Vt tibi grati placeamus uni.
 Ne tuos unquam visiosa ledat
 Vita ministros.

Angeronia simulacrum.
 Quero Imagines, Simulacra Ethnicorum. Subit.
 de Imaginibus.

Angina.
 Consule tit. de Affectibus corporis.
 Angli.
 ANGLORUM REGES.
 Vide sub tit. de Magistratibus, & Regibus.
 LEGISLATORIBUS.
 Quere Loco de Legibus.
 AD FIDEM CONVERSI.
 Vide Locum de Religione, Fide.

DE ANGLIS JUDICIA VARIA.
Nec erit à proposito nostro alieni, si quid de Anglis præclarè dixerint viri præclari, uno aut altero exemplo comprobemus. Anglo-Saxonibus regnum Angliæ occupantibus, indigenæ passim cum fide expulsi & extincti: donec Ecclesiæ administrante Gregorio Pp. tam hæc, quam illi rursus exsurgere. Hic autem cum fortè Anglorum liberos Romæ venales exponi conspiceretur, alludens ad patriæ vocabulum, Bene, inquit, Angli dicuntur, quia vulu nident Angelico: oportet iter æternæ salutis pandere. Et affectum pio effectu comprobavit. *Seb. Monasterii lib. 2. de insit. Britan. cap. 12. Beyerlinck in Apoph.*
 Laudis illud, hoc vituperii exemplum. Pace inter Edwardum Angliæ & Philippum Franciæ Reges inita; quæ non obstantibus induciis, Edwardus regnum Franciæ per dolum invasisset, hos versus in eum, & universam Angliæ nationem, Philippus retorsit:
 Angulus est Anglus, cui nunquam fidere fas est:
 Dum tibi dicit ave, sicut ab hoste cave.
 Grozetus ex Gaguino in hist. Franciæ.

QUID DE ANGLORUM CAUDIS.
 Nulli non ignotum est, Anglis passim per calumniam irrogari hanc notam, quod caudati appellentur. Cujus quidem improperii originem alii in genium ipsius gentis, alii melius in ipsius Insulæ situm, quæ olim velut cauda reliqui orbis tum cogniti habebatur, rejiciunt; unde, toto orbe orbis Britanos, nominat Virgilius: aut denique in figuram Insulæ, quæ sua longitudine excedit latitudinem; nam hæc dumtaxat cc. passuum millia continet, cum illa numeret supra ccc. & xx. millia, ut annotavit Guliel. Paradisus in sua compend. Angliæ descript. cap. 4. Qui etiam ad calcem sui libelli cap. 30. advertit, non integræ genti Anglorum caudæ improperium adhaerere, sed nonnullis familiis certo loco orundis. Verba illius, penes quem sit fides (quam nihilominus vit doctiss. Thom. Stapleton, qui hujus nationis erat, & Theologus eximius, suo calculo frequenter etiam adseruit Lovanii) hic adscripsimus, nec jora quidem de nostro adjectimus.

Suspi-

A Suspicabar, inquit, quod de Anglorum caudis traditur nugatorum esse, nec hoc loco meminissim, nisi ipsi Angli carum rerum conditores id serid tradent: nasci videlicet homines instar brutorum animalium caudatos apud Strodam Angliæ vicum ad ripam fluvii Meduciæ, qui Rossensem, five Rossensem agrum alluit. Narrantque, ejus vicini colas, jumento, cui D. Thom. Cantuariensis Episcopus insedebat, cum ipse in Ecclesiæ divinis officiis & prædicationi incumberet, per ludibrium caudam amputasse, ob idque diluvina ultione adnatas incolis ejus loci caudas: ut in hos fatidici regis carmen torqueri possit: Percussit eos, inquit, in postiora eorum, opprobrium sempiternum dedit illis.
 De hujusmodi caudis quidam in hunc modum lufit:
 Ferrur equi Thomæ caudam obruncasse Britanos,
 Hinc Anglos caudas constat habere breves.
 Neque multi anni sunt, quod generosi sanguinis Anglus non semel affirmaverit, se ex postiorate hujusmodi caudatorum venisse, & caudam eorumdem oculis perpexisse, ac manibus insuper contrèctasse: camque referbat offi sacro adhaerere, quantitate mediis palmi, & in acumine desinere, qualem videre est in cuniculis expilatis. Hæc Paradisus.

ANGLORUM IN SUOS REGES.
 CRUELITAS, REGUMQUE
 illius Regni caedes
 variæ.

Qui veteres Anglorum historias indagant, non absque ratione mirantur, repetitos fuisse in eo Regno, qui regia insignia vel humi jacientia attollerent, nec fuisse qui Prædecessorum carnificium exhorruerint. Toties in illo Reges cæsi, ac è medio violenter sublatis, sic ut in his obtineat illud Juven.
 Ad generum Cereris sine cade & vulnere pauci
 Descendunt Reges, & sicca morte Tyranni.
 Auctoris hujus Lanienæ immanitas, à Locino Britannæ rege secundo fecit initium: qui à Guindolona uxore interfectus, quod se ob pellicis amorem repudiasset: ejusque regni initia cæde facta sunt.
Cujus nepos Manlius Rex, à fratribus Madano & Mempricio in rixa interfectus est. Huic cum Mempricio successisset, inter venandum, cum à suis longius abesset, à lupis quibus ea regio abundabat, dilaniatus est.
 LEYRUS rex à genero, cui socii mortem expectare nimis longum erat, è regno pellitur.
 CORDELIA regina, Leyri filia, à nepotibus regno spoliata, ac in perpetuum carcerem conjecta est: cujus vitæ tædio sibi mortem conscivit.
 FERREX Britannorum rex à fratre Porrexe interfectus est ob regni administrationem: cujus desiderium non ferens mater furorè percita, alterum filium dormientem suis manibus jugulavit.
 CHIMARIUS rex Angliæ, cum feris congressus esset, crudelissimè interfectus est.
 ARCHIGALLUS Rex, cum infimæ plebis homines plurius quam summos proceres faceret, ab his solo dejectus est.
 ELIODORUS cognomento Pius, à nobilibus regnum affectantibus, in vincula Londini conjectus, extinctusque est.

D GUYNERIUS rex, suorum fraude interemptus.
 VARDICIA rex, vitam veneno finivit.
 CARANUS Rex, Diocletiani Cæs. principatu, ab Alecro principe insidiis petitus, obruncatur.
 Alectus, cæso Caranio, cum regnum invasisset, ab Alecpiodoro prætorii præfecto occiditur, anno salutis ccc.
 CONSTANTINUS Britannæ rex, apud Aquilejam à fratribus interfectus est.
 LOTHERIUS rex, Egoberti filius, civili dissensione à suis oppressus est.
 EDRICTUS rex, seditione inter suos exorta, perimitur.
 MOLO rex, in fuga, cum se in agræte tugurium abdidisset, injecto igne vivus crematus est.
 INAS rex, à suis regno pariter & vita spoliatus.
 CARPULIUS suorum dolis interceptus, necatus est.
 ANNAS rex, à Ponda Anglico principe interemptus.
 ETHELBERTUS Rex, fraude Offæ Merciorum regis cæsus.
 EDMONDUS rex, Barbarorum insidiis impetitus, occubuit.
 L. B. Theat. vitæ Hsman. Tom. 1.

ERILIUS rex, cum crudeliter dominaretur, ab Anglis in Evesham actis occiditur.
 SIGBERTUS rex, Sevardi filius, à suis obruncatus.
 PENDA rex, à Northumbriis prælio cæsus est.
 ETHELBAUDUS rex sanctiss. à Mercii per insidias obruncatus: Hujus regnum cum occupasset Bererudus, patratæ caedis pœnas luit: nam à suis quoque cæsus est.
 CHEVELINUS piissimus rex, à nutritio adolescens jugulatus.
 BERNULFUS & Rudichemus reges, turpiter vita spoliati ab orientibus Anglis.
 EPYNYUS rex prælio cecidit.
 CADAVALLUS rex prælio cæsus.
 OSUALDUS rex piiss. prælio cæsus.
 EGEFREDUS insidiis exceptus, peritit.
 OSOLFUS rex, domestico odio oppressus, peritit.
 OSUALDUS rex, malo omine regni initium auspiciatus, populi petitione opprimitur.
 ADELREDUS rex à suis occisus est.
 SIGBERTUS rex à villissimo porcorum custode trucidatus.

LUCIDENUS, acie interceptus.
 SUTTRETA, regno spoliatus.
 EDMONDUS rex, à latrone quodam confossus.
 EDUARDUS hujus nominis secundus, venatu rediens, Alfredæ novæ insidiis cæsus.
 JOANNES rex Angliæ, venenum quod monachus Cisterciensis miserat, hausit, dum ad monasterium Svinefedum divertisset.
 EDUARDUS secundus hujus nominis, regno privatus de concilii Anglici decreto, ac in carcerem conjicitur, anno m. ccc. xxviii. In arcem Barceldum traductus, inter vincula mitè necatur.
 RICHARDUS secundus, ex sententia sanctioris concilii coactus est seipsum regi magistratus administratione abdicare, quod non invitus ut faceret, facili adductus est, veritus, quod ut plurimum consequi solet, mortis supplicium. Itaque in frequenti Principum cœtu omnia regni insignia Henrico hujus nominis quarto spontè tradidit, qui ex tunc Londinensi in Pontfractam arcem traductus, à suis in cœtum quo mortis genere necatus est. Sunt qui inedia perititè tradant, anno salutis humanæ m. ccc. xcix.
 GUILIELMUS Ruffus Angliæ rex, hujus nominis secundus, à Tyrello milite inter venandum sagitta trajectus.
 HENRICUS V. veneno sublatus.
 HENRICUS VI. qui ab Eduardo rege spoliatus fuerat, vitæ quoque privatus est in arce Londinensi.
 RICHARDUS tertius in arce cæsus est. Is nepotes Eduardi Regis filios in carcere jugulaverat.

Anguilla.
 EARUM ORTUS ET GENERATIO.

Sunt qui volunt, Anguillas in luto, & humefcente humo sua spontè provenire.
 Alii verò eas generari perhibent ex strigentis, quæ dum ad scopulos se confricant, decidunt, & mox vivefcunt, nec aliam volunt earum generationem.
 Basilus tradit, eas haud aliter quam ex faculenta materia gigni, ut in quibus neque ovum inquam reperire est, neque fetum, neque semen; unde neque in illis xus reperitur diversitas: quamvis aliquis speciei diversitatem cum ex repandiore aut oblongiore capitis forma, tum ex pellis, sive cutis æqualitate & colore voluit elicere.

UBI ET QUOMODO IMMOLATÆ.
 Abundant anguillis Paludes, quæ lutosam aquam continent, quod in iis multum materiæ sit limosæ, ex qua facile generentur.
 Dorion in lib. de piscibus, anguillas Copaidas laudat: nascuntur enim ex imie magnitudinis, ex quo, ut Agarbarcides inquit lib. 6. rerû Europ. ex imias anguillas Copaidas Boeti ei victimarum more coronantes, voverent, & molas iniicientes, deis maclare consueverunt. Atque ad peregrinam hujus generis inauditum sacrificiû admiranter, percundantem
 Ec 4 que

Aque quedam Bœotum. Hoc se scire respondisse ajunt, quod veterum flatura legitima observare oporteret: quodque aliis non licet horum rationem reddere, nec admirari oportet: in victimarum more anguillas sacrificant, quando Antigonus Carystius in lib. Dictionis, Piscatores, inquit, Neptuno sacra per solventes, cum prosperè captura cesserit, sub ipsum thynnorum tempus, captum thynnum Deo macrare, ac sacrificium hujusmodi vocari Thynnæum. Sacrificatur salamenta etiam apud Phalicias. Athen. lib. 7. cap. 17.

In vadis rimosis juxta urbem Syracusanam, que copiosam ex fontibus aquam dulcem, copiosam etiam ex paludibus & fluminibus ex mari delabentibus accipiunt, magna vis anguillarum palcitur, largaque semper captura cuius suppeditat. Obfesso autem in arce à Carthagenensibus Timoleonte Corinthio, utriusque partis mercenarii milites per otium & inducias unâ venabantur. Qui Græci cum essent per inducias congregabantur, colloquebanturque. Persuaderunt hæc voces casta, querentique jam diu obtentum Magoni, suspicionem præbuerunt prodice: ita obsecrante ut maneret Ictere, docenteque, hostibus quanto præstent: B virtute magis & fortuna Timoleonti ratus se concedere, quam superare eum copiarum numero, confestum in Africam vela fecit, Sicilia nullo humano consilio scæde de manibus projecta. Plut. in Timoleonte.

Quod Strimonis fluvii Thraciæ anguillæ sint celebres, patetfacit Aniphanes in Thamyra, Narrat Demetrius Scythius lib. 16. Froici apparatus, egregias anguillas nasci circa Euclum fluvium. Athen. lib. c. 17. Et in Gange, tricennum pedum anguillas reperiri, Plinius lateur lib. 9. cap. 30.

USUS, ET DELITIA. Apud Romanos nullo in pretio erant, ut potest que pullatorum mensis tantum inferebantur, ut Juven. dicit: Vos anguilla manet longe cognata colubra.

Græcis tamen summis in deliciis erant, ut Erasistrus: Comicus reginam voluptatium Anguillam dicit. Et nonnemo Epicureorum apud Athenienses lib. 7. Hæc dicitur & Xerxes, Cænarum Helenam vocet, & Mætanenses ob anguillarum frequentiam, felices habet Archestratus. Imò in pretio erant, & honore. Coquebantur autem involuta betæ foliis. Videat lector tractatum, quem nuper de Piscium esu evulgavit, C Indovicus Nonius medicinæ Doctor Antverpiæ, vit rare eruditionis, & lectiois indefessæ. Ubi plura de Anguilla cap. 29. que hæc possent transferri.

Anhelitus.

Qui est ipse Spiritus, vel respirandi actus, derivatus ab an & halo, Hinc anhelus, a verbo Græcis.

Suaevolens.

Galenus Pergamenus medicus, ut integra vixit valitudine, & victus ratione usus est probatissima, ita quocumque odoriferum semper anhelitum spiravit. Celsus lib. 30. c. 12. Antiq. Lect.

Sancivit Solon, ut adeso Sponfa malo cydonio conclave ingrederetur, ut minus esset molestus & ingratus complexus. Plut. in quest. Rom.

Gravis, Fœrens.

Fœtorem quemdã animæ qui non ex vitio aliquo oris provenit, sed in omnibus ferè est, qui nihil gustant, Græci significare volentes, motus hæc, quasi jejuniæ olete, dicebant hoc testatur est Aristoteles in questione quadam. Hunc autem ingratum oris odorem significavit Cæcilius comicus cuius hæc verba leguntur apud Nonium, edita ut apparet ab eo, qui Uxoris parium acceptæ odiosam comitarem, blanditiæque accusaret: Quæ mihi, ubi domum adveni, affedi, ex tempore suavius dat, jejuna anima. Plut. lib. 4. Var. lect. c. 2.

Parturum populis oris graveolentia peculiaris, jam inde à juvenata, propter indifcretos cibos: namque & vino factent oranium. Sibi proceres medentur, grano Assyrii mali, in esculentâ addito. Plin. lib. 11. cap. 53.

Dignum scitu est, Euripidem oris graveolentia laborasse plurimum, quam Græci vocant rhu rhu rhu, & rhu rhu. Id isti obiectum quandoque à Decamnicho Archela ulico. Excandit poeta maledicto gravius, quam opinaretur quispam. Sed est genus irritabile vatum. Quæceras apud regem deposuit. Is vero, ut qui Euripidem amplius amaret, illicque

afficeretur plurimum, Decamnichum permisit, in quem E pro vitio plagis delatavit: Qua tam insigni injuria accepta, Decamnichus in Archelam grassantibus ducem se præbuit, ac necis illius causa exiit gravissima. Arist. in 5. Polit. Celsus lib. 24. cap. 10. Antiq. Lect.

Hieronius Syracusorum tyranno quidam exprobrat oris graveolentiam. At ille cum uxore expositulavit, quod id sibi nunquam indicasset, Tum illa: Putabam, inquit, viros omnes ad eundem olere modum. Eximium pudicitia argumentum, quæ nulli viro tam vicina fuerit, ut oris halitum sentire posset, præterquam uni marito. Plut. in Regum Apoph. In graveolentiam oris Nichardus in 2. Græc. Epigr.

Et us erate, motus us & si motus us, erate us. Et si us motus, motus us, erate us. Ibidem Lucianus sic de quodam Mago: Saliava potat, rathu rathu rathu rathu.

Cn. Duellius, qui primus Romæ è navali pugna triumphum obtinuit, jam senex tremuloque corpore, in jurgio quodam auditiv exprobrari sibi graveolentiam oris; rediit domum tristis, & expositulavit cum Bilia uxore, quam virginem duxerat, Cur hujus vitii nunquam admonuisset, quocumque licet mederi? Admonuisset, inquit illa, nisi putasset omnibus viris ad eundem modum olere animam. Si Bilia verè sensit, quod dixit, argumentum est insignis pudicitia; sin finxit, magna est civilitas erga maritum: magna item tolerantia, quæ tamdiu pertulit hoc incommodum absque fastidio. Erasim. lib. 8. Apephr.

Tiberium fratrem Cæsaræ immisso repente tribuno militum interemit, quod antidotum obolulisset, quasi ad præcavendam venena sumptum; illud itidem ingeminans, Antidotum adversus Cæsaræm: Esti verò propter assiduam & ingravescentem ruffim eo usus eslet. Suetonius.

In Posthumum, Martialis Epigrammatum lib. 2. Esse quid hoc dicam, quod olent tua basta myrrham, Quodque tibi est nunquam non alernus odor? Hoc mihi suspensum est, quod olei bene posthume semper, Posthume, non bene olet, qui bene semper olet.

In Hermum, idem Epigram. lib. 2. Quod nulli calicem tuum propinas, Humane facis Herme, non superbe In Phileniū, Martialis Epigram. lib. 10. Cur spleniat sepe prodeam menso, Albane pictus sana labra ceruja, Phileni queris: bastiare te nolo.

Medicus quidam anhelitum natura fœtidum habens, ad agros accessurus, manè in os odorati quid fumens, huic symptomati medebatur. Gal. lib. 6. Epidem. com. 4. apoph. 9.

Anima.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

ANIMA definitur ab Arist. 1. de Anima cap. 1. Actus primus substantialis corporis organici, potentia vitam habentis, & planè talis, ut ejus partes sint instrumenta. Que definitio hanc habet explicationem, quod anima sit forma quedam substantialis, sic essentialiter constituens corpus H organicum naturale, operationes vitales exercens, ita ut eandem operationum sit principium effectivum. Undè idem Aristoteles animam dicit esse id, quo vivamus, sentimus, loco movemur, & intelligimus.

Latini sermonis auctores hanc inter animam & animum distinctionem nonnunquam ponunt, ut animum velint quo sapimus, animam verò qua vivimus, quamvis pro eodem plerumque usurpentur: nos autem de anima agimus, ut est forma corporis vitæ que illius causa & sedes, atque in Sacris litteris vocatur Spiraculum vitæ, Gen. 2. Undè animam A'reus dicunt quasi ventum. Estque in homine anima simul & sensitiva, & vegetativa. Ex hac nanque oritur respiratio, & exspiratio, quæ est tam signum, quam effectus vitæ. Et inde anima Jozz dicitur à Jozz, quasi frigus captus. Et Latini ab animando, id est vitam tribuendo. Siquidem, ut iterum Arist. vita est, quæ discernit animatum ab inanimato. Hebraicè Nephes à spirando.

S. Chryostomus, Ambrosius, Augustinus, Eucherius, & Lymanus, animam rationalem ita definiunt: Anima est Deiforme spiraculum vitæ.

A Anima est substantia que dam incorporea, rationis particeps, regendo corpori accommodata. Ita auctor de spiritu & anima apud S. August. tom. 3.

Anima est substantia spiritalis, à Deo creata, sui corporis vivificatrix. Cassiodorus.

Anima est spiritus intellectualis, ad beatitudinem in se & in corpore ordinatus. Seneca.

Anima est spiritus intellectualis, semper vivens, semper in motu, bonæ malæque voluntatis capax. Damascenus.

Anima est omnium similitudo. Auctor de spiritu & anima.

Alii verò ita definiunt: Anima, inquit, est substantia spiritalis, simplex & indissolubilis, in corpore passibili, atque mutabili.

ANIMÆ CREATIO.

Duo fuerunt dogmata principalia circa animarum originem: Unum allententium eas propagari ex semine, Ita censuerunt Luciferiani, Terullianus, & Apollinariani Nempè generari ex animaparentis, quomodo lux propagat, & pargit lucem.

B Aliud existimantium animas creatari ab intelligenti, è quorum numero erat Avicenna, Seleucus, Hermias, ut constat ex hist. tripart. lib. 7. c. 11.

Fuerunt, qui animam è potentia materiæ educi existimarent.

PLATO opinatus fuit, Deum omnes animas ante corpora simul creasse, & in comparibus stellis constituisse, easque celestium rerum radio affectas, per modum pœnæ in corpora tanquam carcere concessisse. Origen. quoque hunc errorem tenuit, ut constat ex lib. 1. regi. ap. 27.

Sed his opinionibus rejectis, veritas est, quod animæ humanæ à Deo creatur, & sigillatim ipsis corporibus ab illo infunduntur. Indicat hoc Scriptura dicens: Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ. Genes. 2.

ANIMÆ INFUSIO QUANDO CONTINGAT.

Neque in hæc res omnes conveniunt: Communior est sententia, tum deum animam infundi, quando materia corporis & membrorum effigie, & cæteris accidentibus, que talis forma exigit, disposita est. Quod voluit in maribus Cacciderit circa diem quadragesimum, in feminis circa octagesimum: & sumunt argumentum ex illo lege veteris populi de purificatione puerperarum, quæ fiebat, si mascululum peperissent, post xl. si feminam, post dies lxxx. & V. de locum de Purificatione.

Cæterum excellentissimus Medicinæ in Lovaniensi Academia professor, Ducumque Bavarie, & Brabantia medicus, cubicularius, Thomas Frenus Antverpiensis, ut est ingenio subtili, & in Philosophicis studiis veratissimus, nuper anno salutis m. dc. xx. evulgavit eruditum tractatum super hoc argumento, nempe de Formæ vitæ status, in quo solidis rationibus adstruere, & velut ad oculum demonstrare conatur, quod Anima rationalis infundatur tertio circiter è seminis conceptione, dummodò conceptus vivificus fuerit, die. Quæ doctrina licet plerique paradoxica visa fuerit, tamen ubi attentius eam doctiores excusserint, sua probabilitate non carere inventa est, quin tam nervosè firmari, ut plures in suam sententiam trahat. Quamvis Theologi ob varia incommoda, quæ ex illa inferuntur, eidem non accedant.

QUIDDITAS ET NATURA.

D Galenus animam esse voluit temperamentum primarum qualitarum, lib. 3. de locis aff. c. 6. eumque errorem nonnulli hæretici secuti sunt.

Philosophi plerique, qui præter materiam & corpus, nullam agnoscebant substantiam, dicebant, animam esse accidentem.

Veritas est, Animam neque temperiem, neque accidentem, neque corpus, sed substantiam esse spirituales: non tamen ut poeta voluit, divinæ particulam auræ; sicutque ea sententia Episteti, Senecæ, Ciceronis, & significatur, eò quod voluerit spiraculum vitæ, hoc est, spiritus corpus vivificans, alioqui subsistens per se, hoc est non in aliquo per modum

partis, aut formæ, à quo dependeat in suo esse: habet enim anima intellectualis operationem elevatam supra materiam intentionem. Est autem Anima essentialiter forma hominis, & illius pars, actu quidem, dum composit totum, potentia verò, dum est extra materiam.

ANIMÆ DIVISIO.

Plato animam dividebat in Irascibilem, Concupiscibilem & Rationalem, easque realiter distinctas in homine constituebat. In Timeo.

Communis est divisio Animæ in vegetativam, sensitivam, & rationalem, que distinctio sumitur ex modo diverso se excitandi supra materiam corpoream. Sic ut materia factus primum informetur anima vegetativa, dein sensitiva, denique rationali, ita tamen, ut intereunte priori forma, quæ est velut præparatio ad secundam, altera succedat, & huic tertia, cui illæ famulantur. Et hæc communis & recepta est Philosophorum de hac re sententia. Non ob id tamen tres animæ specie distinctæ in homine constitundæ erunt, sed duntaxat operatione, & modo se excitandi. Ligitur cum tres animæ recensentur in genere, duo sunt genera, nempe anima vegetatrix, quæ plantis inest: & sensitiva, quæ unâ cum priore informat irrationalia: & una species, nempe anima rationis particeps. In homine autem eadem est anima vegetativa, sensitiva, & intellectiva.

POTENTIÆ.

Prime & generales potentia rerum viventium sunt quinque, nempe vis vegetandi, sentiendi, loco movendi, apprehendi, intelligendi; quæ variatis ab objectis sumitur, circa quæ operatio viventium versatur. Ita S. Thomas Aquin. 1. parte 2. 78. art. 1.

PASSIONES.

Passiones, quæ & perturbationes Animæ vocantur, ut ira, cupiditas, timor, gaudium, & his similia; ipsi animæ cum corpore sunt communes, cum ad eas corporis temperamentum operetur. Sic tamen ut ratio eas valeat superare, & cohibere, cum qualitatibus temperatur duntaxat sit causa earum disponens, & provocans, ut docet Aristoteles lib. 1. de animæ. 1.

UNITAS.

MANICHÆI duas in homine animas posuere, alteram omni culpa vacuam, divinæ naturæ consortem: alteram viciorum labe concretam, & à malo principio productam: qui error damnatus est in VIII. Synodo generali. Auctor. cap. 10. Cantic. 11.

Itaque non est nisi una anima in quolibet homine: que ut ait Gregorius Nyssenus in lib. de hominis officio cap. 12. totum corpus humanum connectat, regat, moveat, ad eum modum, quo unus idemque citharæ dus varietate fidium diversos sonos edit. Ab hac una proveniunt actiones nutriendi, sentiendi, & intelligendi, cæteraque id genus.

DIGNITAS ANIMÆ RATIONALIS.

I. Quod à Deo creetur & infundatur.

II. Quod à Deo facta ad imaginem & similitudinem suam, unde fit, ait S. Bernardus, quod cæteris omnibus occupari possit, repleti non possit. Capacem eam Dei, quidquid Deo est minus, non implet. Imago autem Dei in anima elucet, ex eo quod communiam Dei attributorum facta sit particeps, mentemque acceperit rationis capacem; unde plures excellentiæ in anima oriuntur, nempe, quod intellectu, voluntate & memoria decoretur, libertatemque agendi facultatem habeat, capaxque reddatur virtutis, scientiæ, beatitudinis, omnique boni. Deinde quod cunctis animantibus præsit & dominetur: ejus patria & quies sit Deus ipse. Hinc Poeta:

Pronaque cum spectent animantia cætera terram, Os homini sublime dedit, cælumque videre Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Denique est incorporea, incorruptibilis, & immortalis, cujus rei causas, testimonia, & exempla mox subjiciemus, dummodò hanc animæ, & potentiarum ejusdem divisionem, ex novissima Polyanthea desumpta, præmittamus.